

transtulerunt, quod tunc fossis et muris erat parumper munitum. Sed reliqui homines mediocres ad villam quandam magnam iuxta oppidum quod dicitur Korne¹ se divertebant, sic quod dos et^a domus rectoris sola permansit ibidem. Videntes meliores oppidi et compassionem mecum habentes, dotem novam iuxta capellam, sicut praedecessori meo in destructione ecclesiae permanserunt, aedificare de antiquis lapidibus et lignis propter dotem extra oppidum spoponderunt et iuxta promissum fecerunt et de aliqua area pomarium et locum viridem et amoenum pro solatio meo et successorum meorum feci et paravi.

Et sciant successores mei, quod propter nobiles, qui antiquitus hic morabantur, quidam rex (caesar Romanus) hanc habitationem habuit, qui^b inquam rex capellam sanctae Mariae virginis^a aedificare fecit^c, et ob hoc capella regis est vocata^d.
 Sept. 9. Cuius dedicatio proxima die nativitatis^e Virginis celebratur et^f a tota civitate colitur et celebratur propter specialem petitionem regis.

Ego Heidenricus de Korne³, rector capellae sancti Benedicti in oppido Trotmannorum, liquide expono per praesentes, me habuisse praecessorem, cui regimen praedictae capellae fuit commissum, qui quasi ex toto capellam cum suis^g pertinentiis destruere permisit et capellam sancti Nicolai, quae sub cura rectoris sancti Benedicti erat, quia curam ad praedictas capellas non adhibuit, a regimine nostro alienavit. Quia tempore suo capella lignea sancti^h Nicolai erat destructa et
 c. 1198. nova de lapidibus reaedificata⁴ et proprius rector, qui de ea curam haberet, ibidem collocabatur et sic redditus capellae beati Benedicti totaliter primo per destructionem collegii sancti Pantaleonis, deinde per guerras et modo per amissionem capellae sancti Nicolai minorabantur et quasi ad nihilum redigebantur, quia totum quod inveni, quod pertineretⁱ ad capellam,

a) ABC 'et' fehlt. b) AB(' 'quam'. c) So BC; A 'cepit'. d) BC 'vocitata'.
 e) In A 'Mariae' durchstrichen. f) 'et -- celebratur' fehlt in B. g) B 'suis' fehlt.
 h) AB 'sancti' fehlt. i) A 'pertinet'.

1) Dorf Körne östlich von Dortmund. 2) Die Marienkirche wird 1267, Sept. 23 zuerst urkundlich erwähnt (Rübel, UB. I, N. 124). Westhoff (B 123) überträgt diese Stelle: 'ein konich ader keiser, so darselvest [in Dortmund überhaupt] eine wonung gehadt, ut derselviger wonunge in ehr unser lieven frauwen ein capella genant' (!) . . . 'aver noch folgens dar ein grote kercke gebowet und ein kerspellskercke darut gemackt'. 3) Ein 'Heinricus de Kärne, sacerdos in Kedeminchusen', wird 1329 (Rübel, UB. I, N. 446) als lebend, 1344 (ib. 581) als todt erwähnt. Er war der Besitzer von Gütern, die 1329 durch den Rektor Bertram an die Benediktiskapelle kamen (s. S. 532 Anm. 3). Sein Name, der sich also in Urkunden befand, die im Besitz der Benediktiskapelle waren, scheint hier ohne Weiteres verwerthet worden zu sein. 4) Vgl. S. 520.